

## Band IV., Nr. N143, Seite 441-442

*Bischof Heinrich von Konstanz belehnt den Ritter Albero von Spielberg samt seinen Kindern und Erben mit den Gütern – der Burg Spielberg, einem Weinberg, der Mühle in Aichen und zwei Höfen in Hofen und Spaltenstein – welche Albero mit Gattin und Kindern der Konstanzer Kirche zu Eigentum überlassen hatte.*

Konstanz, 1242. Juli 11.

H., dei gratia Constantiensis episcopus, omnibus hanc paginam inspecturis noticiam geste rei. Ne labantur cum tempore que geruntur in tempore, scripturarum debent indiciis eternari. Presentes igitur noverint et futuri, quod, cum Albero miles de Spilberch<sup>1</sup>, Had. uxor ipsius, Hain. et Albero filii et Agnesa filia eorundem predia sua, que ipsi bona fide et iusto titulo possederant illucusque, castrum videlicet in Spilberch, vineam antiquiorem, molendinum in Aicha<sup>2</sup>, duas curtes in Hoven et in Spaltenstain, cum omnibus eisdem prediis intus et extra pertinentibus, nobis nostreque ecclesie libere contulissent proprietatis nomine perpetuo possidenda, nos ipsos, sicut preordinatum fuerit ab eisdem, de predictis possessionibus infeodavimus tali forma, quod tam filii quam filia suprascripta cum suis heredibus iam dictas possessiones iure possideant feudali, mater vero easdem pro tempore vite sue tantummodo debeat possidere. Hoc etiam in pacto promissimus observandum, quod in receptione predictorum feodorum iunior etas apud nos vel successores nostros pueris preiudicare non debeat antefatis vel heredibus eorundem. Ut autem hec perpetuo maneant firmiora, hanc cedulam exinde contractibus fecimus et sigillorum nostri nostrique capituli munimine roborari. <br> <br> Acta sunt hec in domo abbatis et conventus de Schaufhusa apud pontem Predicatorum in Constancia anno domini millesimo ducentesimo quadragésimo secundo, quinto idus Iulii, presentibus viris in Cristo reverendis V. preposito, B. decano, Eber. sancti Stephani preposito, Rud. de Hasinwilare, Wal. Thihtelario et B. de Shilperch<sup>3</sup> canonicis ecclesie maioris, VI. et H. canonicis sancti Steffani, C. et C. plebanis in Tegerwilare et in Horne, B. de Hohinuels,

<sup>1</sup>Vgl. Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins 1 (1850) - 39 (1885), N.F. 1=40 (1886) - [...] 32, S. 167, wo Alber von Spilberch neben Heinrich von Sammetshofen im Jahr 1270 Zeuge ist.

<sup>2</sup>Eichenmühle.

<sup>3</sup>Das WUB hält die Identifizierung mit der Burg Schiltau (hier als „Schiltberg“ bezeichnet) in Jungnau für wahrscheinlicher als die Deutung Schielberg, Marxzell, KA.

## II

Ber. de Annewile, Vl. de Bertisshuss<sup>4</sup>, C. de Hugultischouen et R. de Staze<sup>5</sup>  
militibus et aliis quam pluribus tam clericis quam laicis, in domino feliciter.  
Amen.

—

Nach Mitteilung von Franz Ludwig Baumann aus einem um das Jahr 1500 ziemlich  
flüchtig geschriebenen, Nr. 3 signierten Konstanzer Kopiaibuch im GLA Karlsruhe,  
Nr. 33.

---

<sup>4</sup>Bätershausen, Kemmental, Kt. Thurgau.

<sup>5</sup>Wohl Strass.

## Überlieferung und Publikationen

### Lagerort:

GLA Karlsruhe

### Signatur/Titel des Originals:

67/493 fol. 71 v Nr. 33

### Regesten:

Chartularium Sangallense, Bd. 3, S. 263, Nr. 1327.

## Weitere Angaben

### Sprache:

Lateinisch

### Ausstellungsort:

Konstanz

### Aussteller:

Heinrich; Bischof von Konstanz (1233-1248)

### Ortsindex:

Anwil, Kt. Thurgau, Schweiz<br> Bättershausen, Kemmental, Kt. Thurgau, Schweiz<br> Eichenmühle Wohnplatz (17857)<br> Eichenmühle, Friedrichshafen, FN<br> Hasenweiler : Horgenzell RV<br> Hasenweiler Wohnplatz (20938)<br> Hofen Wohnplatz (17871)<br> Hofen, Friedrichshafen, FN<br> Hohenfels (Burg), Überlingen FN<br> Horn Wohnplatz (14364)<br> Horn, Gaienhofen, KN<br> Hugelshofen, Kemmental, Kt. Thurgau, Schweiz<br> Jungnau : Sigmaringen SIG<br> Jungnau Wohnplatz (21350)<br> Jungnau, Sigmaringen, SIG<br> Konstanz Wohnplatz (14442)<br> Konstanz, KN<br> Sammletshofen Wohnplatz (18087)<br> Sammletshofen, Meckenbeuren, FN<br> Schaffhausen, Kt. Schaffhausen, Schweiz<br> Schielberg Wohnplatz (5400)<br> Schielberg, Marxzell, KA<br> Spaltenstein Wohnplatz (17904)<br> Spaltenstein, Friedrichshafen, FN<br> Spielberg Wüstung (26396)<br> Spielberg, Friedrichshafen, FN, W<br> Strass, Gachnang, Kt. Thurgau, Schweiz<br> Tägerwilen, Kt. Thurgau, Schweiz